Coriandri,
Carui,
Cumini,
Fœniculi dulcis,
Santolinæ *ſeu* contra vermes,
Item fructus vt amygdalæ,
Pinei,
Piſtacia &c.

Cum in hac vrbe ad Pharmacopolas non ſpectent, ſed vulgariter in pluribus officinis cruſtulâ ſacchari vendantur obducta, conficere nõ docemus.

# TRACTATVS QVINTVS

## De Electuarijs, Speciebus, & Pulueribus Purgantibus.

Innumeræ ferè ſunt apud Authores Catharcticorum Compoſitorum deſcriptiones, multiplex forma, multuſque parandi modus: quæ omnia tradere, non ſolum ſuperfluum, ſed & Medicis, Pharmacopolis, ægrotis, & Reipublicæ nociuum. Ex his ſelectiora, præſtantiora, & vſu maxime probata damus: atque ea, in Electuary liquidi, vel ſolidi, & Pulverum ſiue Specierum formâ.

Electua-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0192-7 DFG

Electuaria mollia purgantia, ſunt Medicamenta compoſita ex ſimplicibus virtute purgatrice præditis, quæ mixta cum Melle, Syrupo, vel aliquo æquiualente, conſtituuntur in formam mollem, non fluidam tamen.

Solida verò quæ Tabellæ, Rotulæ, vel Loſyngæ vocantur, ex aquâ conueniente, & ſaccharo, alioue vicem gerente, ſimul coctis, aliquotque ex ſimplicibus Medicamentis, quorum aliqua purgatiuâ vi ſunt prædita. Sicuti Pulueres ſiue ſpecies purgantes compoſitæ, ſunt plura Medicamenta ſimplicia, quorum vnum, vel plura purgant in pulueres tenuiſſimos redacta, ac ſibi inuicem bene permixta.

## Pulueres, & Species Laxatiuæ.

### *Puluis Sennæ Montagnanæ.*

℞. Fol. Sennæ Alexandrinæ mundatæ. ℥ j. ß.
Gingiberis,
Macis, ana ʒ iij.
Cinnamomi,
Tartari, ana ʒ j. ß.
F. Puluis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0193-3 DFG

## *Species Hyeræ ſimplicis.*

℞. Cinnamomi,
Macis, *vel* ligni Aloës,
Rad. Aſari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Croci,
Maſtiches, ana ℥iij.
Aloës ſocotrinæ ſuccidæ, ℥vj. & ʒij.
F. Puluis.

## *Species Hieræ Logadij.*

℞. Trochiſcorum Alhandali,
Polypodij, ana ℥ij.
Euphorbij,
Polij montani minoris,
Semin. Thymeleæ, ana ℥j. ß. & gr. vj.
Abſynthy,
Myrrhæ, ana ℥j. gr. xij.
Centaurij minoris,
Agarici,
Ammoniaci,
Folij, *vel eius loco* Macis,
Spicæ indicæ,
Scyllæ præparatæ,
Diagrydy, ana ℥j.

Aloës,
Comarum Thymi,
Chamedrios,
Caſſiæ ligneæ,
Bdellij,
Marrubij, ana ℈ j. gr. xiiij.
Cinnamomi,
Opoponacis,
Caſtorij,
Ariſtologiæ longæ,
Trium Piperum,
Croci,
Sagapeni,
Petroſelini Macedonici aa ʒ ß.
Ellebori nigri,
albi, ana gr. vj.
F. Puluis.

*Sp[illegible]ierum Diacarthami.*

Deſcriptio habetur in Electuario ſolido, omiſſis Melle, & Mannâ.

*Species Diaturbith cum Rhabarbaro.*

℞. Turbith,
Hermodactylorum, aa ℥ ß.

Rha-

Rhabarbari, ℥ v.
Diagrydij, ℥ ij.
Santali rubri,
albi,
Flor. violarum,
Gingiberis, ana ℈ ij gr. v.
Maſtiches,
Aniſi,
Cinnamomi,
Croci ana. gr. xv.
F. Puluis.

*Species Eleſchopi.*

℞. Diagrydy,
Turbith, ana ʒ iij.
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Gingiberis,
Myrabolanorum,
Nucis Moſcatæ,
Polypody, ana ʒ ij ß.
F. Puluis.

*Puluis ſalſæ Laxativæ.*

℞. Salſæ electæ, ℥ j ß.
Folior. ſennæ electæ, & mundatæ, ℥ j.
Her-

Hermodactylorum,
Turbith,
Ialappæ, ana ℥ ß.
Diagrydy,
Tartari albi, an ʒ ij.
Thuris,
Aniſi, ana ʒ j.
F. Puluis.

## *Puluis Panchymagogus.*

℞. Scammoneæ Sulphure præparatæ, vti in Scammoneæ præparatione dicitur.
Antimonij, ſequente modo præparati, ana ℥ j.
Cremoris Tartari, ℥ ß.
M. F. Puluis.

## *Antimonium hoc modo præparetur.*

℞. Antimonij optimi pulueriſati, ℥ j. ß.
Salis Nitri pulueriſati, & lento igne parum exſiccati, ℥ iiij. ß.

Inſpergatur primò Nitri ℥ j in fundo Crucibuli, vel alterius profundioris vaſis, deinde Antimonium, cum reliquo Nitri benè mixtum, ſuperaddatur: accenſa carbone ignito in loco aperto deto-

nent; Cauendum benè à fumo. Sic combuſta ſinantur per vnum, vel alterum diem in caueâ: Affuſa poſt aquâ tepida benè ſolutis, & mixtis, craſſiores partes paulatim ad fundum ſubſidentes, per decantationem reiteratis vicibus ſeparentur à floribus, qui (craſſa materiâ abiecta) aquâ tepida dulcorati, ad fundum ſubſidentes, aquâ per inclinationem, vel filtrationem ſeparata, ſole, vel lento igne exſiccentur, & vſui ſeruentur.

## *Puluis ad Vermes.*

℞. Sem. Zedoariæ,
Corallinæ ana ʒ vj.
Sem. Caulium,
Mali citri mundati, ana ʒ ij.
Cornu Cerui ſine igne calcinati,
Scordij,
Dictamni Cretici, ana ʒ j. ß.
Fol. Sennæ elect. & mundatæ,
Rhabarbari electi, ana ℥ ß.
Cinnamomi, ʒ ß.
F. Puluis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0198-2
DFG

### *Puluis Paracelſi.*

℞. Hermodactylorum,
Turbith optimi,
Diagrydy,
Fol. Sennæ elect.
Raſuræ cranij, vel oſſium human.
Sacchari an. p. e. M. f. Puluis ſubtilis.

### *Puluis Quercetani.*

℞. Rad. Aaronis præparat. ℥ j.
Acori vulgaris,
Pimpinellæ an. ℥ ß.
Semin. Naſturtij,
Oculor. cancri calcinat. an. ʒ ij.
Cinamomi ʒ j. ß.
Salis Abſynthy,
Iuniperi an. ℥. ß.
Sacchari roſati q. ſ. ad guſtum.

### *Puluis Errhinus Rulandi.*

℞. Semin. Nigellæ,
Ellebori albi an. ℈ j.
Maioranæ,
Roriſmarini,
Saluiæ an. ʒ. ß. M. f. Puluis.

# Electuaria Purgantia.

## *Diacaſſia.*

℞. Folior. Violarum,
Maluæ,
Mercurialis,
*Betæ*,
Parietariæ,
Flor. Violarum, ana M. ß.

F. Horum viridium decoctio in aq. comm. ℔ v. bulliant ad dimidij conſumptionem, colaturâ benè expreſſâ, extrahatur Caſſia, & ad ſingulas libras pulpæ addantur Mellis deſpumati, ℥ vj.

F. ſ. a. Electuarium.

## *Electuarium Lenitiuum.*

℞. Radic. Polypodij Quercini recentis,
Paſſularum mundatarum, ana ℥ ij.
Hordei mundati, M. j.
Capillorum Veneris,
Florum Violarum, ana M. j.
Iuiubarum,
Sebeſten, ana nº. xx.
Prunorum enucleatorum,

Tamo-

Tamarindorum, ana ℥ j.
Sem. Feniculi,
Glychiriſæ raſæ, ana ℥ ß.
Fol. Sennæ mundatæ, ℥ ij.

Coquantur ſ.a. in aquæ comm. q.ſ. ad conſumptionem duarum partium. Cola, Particulâ Colaturæ extrahe,

Pulpæ Caſſiæ,
Tamarindorum,
Prunorum, ana ℥ iiij.

Reliquum colaturæ coquatur in Syrupum cum Sacchari, ℔ j. ß.
Sacchari violati, ℔ ß.

Tunc adde pulpas extractas,
Fol. Sennæ mundat. puluer, ℥ iij. ß.
F. ſ. a. Electuarium.

## *Diacatholicum.*

℞. Polypody Quercini, ℔ ß.
Sem. Fœniculi ℥ ß.

Benè coquantur in aq. ℔ vj. ad tertiæ partis conſumptionem, & in parte colaturæ madeſcant

Tamarindorum,
Pulpæ Caſſiæ, ana ℥ iiij.

In altera parte colaturæ diſſolue Sacchari ℔ iiij. coque in Syrupi conſiſtentiam : cum quo miſce pulpas prædictas, & ſequẽtia pulueriſata ſeparatim,

Fol. Sennæ mundatæ ℥ iiij.
Rhabarbari optimi,
Polypody Quercini, ana ℥ ij.
Sem. Aniſi, ʒ ij.
Penidiorum,
Sacchari candi,
Flor. Violarum, ana ʒ ij.
Sem. Quatuor frigidorum maior. mund, ana ʒ iiij.
M. f. ſ. a. Electuarium.

Solent aliqui huic electuario medullam ſeminum Carthami inſerere, vt ſic verè vniuerſale, ſeu Catholicum euadat, verum cum compoſitionem hanc ingrediantur Rhabarbarum quod bilem flauam, folia Sennæ quæ atram, radices Polipodij Quercini quæ ſemel in infuſione, iterumque in puluere ſufficienter pituitam, & reliqua omnia quæ ſanguinem mundant & expurgant, illam, vel omiſſo Carthami ſemine, *Catholici* nomen iudicamus promeræri. Cinamomũ autem quod addunt, cum tantum ſua aſtringentiâ nocere, quam corroboratione ſua prodeſſe natum ſit, non eſt quod conſummatam veterum compoſitionem immutet.

Dia-

## *Diaprunum ſimplex.*

℞. Pruna Damaſcena nº. C. coquantur in aquæ quantum fieri poteſt minima quantitate, florum pulpa per cribrum traijciatur, & libra vna per ſe inſpiſſetur.

In colato iure decoque florum Violarum, ℥ j ß. Cola: in huius colaturâ madeſcant

Tamarindorum,
Pulpæ Caſſiæ, ana ℥ j.
Sacchari clarificati, ℔ ij.

Agitata ſimul coquantur ad ſpiſſitudinem: deinde inſperge ſequentia ſeparatim pulueriſata:

Rhabarbari, ℥ j.
Santalorum alborum,
Rubrorum,
Spodij de Ebore,
Cinnamomi, ana ʒ iij.
Roſarum,
Violarum,
Sem. Portulacæ,
Scariolæ,
Berberis,
Succi Glychiriſæ,
Gummi Tragacanthi, ana ʒ ij.
Sem. quatuor frigid. maior. mund. ana ℥ ij.
M. f. ſ. a. Electuarium.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0203-4 DFG

## *Diaprunum ſolutiuum.*

℞. Diapruni lenitiui iam deſcripti ad huc calentis, ℔ j.

Scammonij præparati, ℥ ß.
M.F. Electuarium.

## *Diaphœnicum.*

℞. Pulpæ Dactylorum mundatorum, ac in aceto infuſorum, coctæ, ac cribro cretæ,

Penidiorum, ana ℔ ß.

Amygdalarum dulcium expurgatarum, ℥ iij. ß. his contuſis, permixtis, & per cribrum tranſactis, adde:

Mellis deſpumati ℔ ij.

Paulum coquantur: & deinde inſperge Separatim pulueriſata:

Gingiberis,
Piperis,
Macis,
Cinnamomi,
Fol. Rutæ Siccorum,
Sem. Fœniculi,
Dauci, ana ʒ ij.

Tur-

Turpethi tenuiſſimè triti, ℥iiij.
Diagrydy ℥j.ß.
M. f. Electuarium.

## *Electuarium de Succo Roſarum.*

℞. Succi Roſarum rubrarum,
Sacchari albi, ana ℔ j.ß.
Coque ſ. a. in fine inſpergendo pulueriſata.
Diagrydy, ℥j.ß.
Santali rubri,
albi,
citrini, ana ℨ vj.
Spodij de Ebore, ℨ ij.
Camphoræ, ℈ j.
M f. ſ. a. Electuarium.

## *Caryocoſtinum.*

℞. Caryophyllorum,
Coſti candidi, *vel in eius penuria,*
Rad. Enulæ campanæ ſiccatæ,
Gingiberis,
Cumini, ana ℨ ij.
Hermodactylorum cortice mundatorum,
Diagridij, ana ℥ ß.

Mellis optimi ex vino albo deſpumati, & cocti triplum, vel ℥ vj.

F. f. a. Electuarium.

## *Diacydonium fernelij.*

℞. Poma Cydonia à corticibus, & ſemine bene mundata, ℥j x.
Succi Cydoniorum, ℥ iij.
Sacchari albiſſimi, ℔ j.
Coque in Mellis craſſitiem.
Inſpergendo ſub finem;
Cinnamomi triti, ʒ ij.
Ginziberis,
Macis,
Caryophyllorum, ana ʒ ß.
Diagrydij, ℥ j.
M. f. ſ. a. Electuarium.

## *Electuarium Benedictæ laxativæ.*

℞. Turbith,
Sacchari, ana ʒ x.
Rad. Eſulæ aceto preparatæ,
Hermodactylorum,
Diagrydy,
Roſarum rubrarum, ana ʒ v,

Gin-

Ginziberis,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Cardamomi,
Calami aromatici,
Piperis longi,
Macis,
Spicæ Nardi,
Croci,
Sem. Apij,
Carui,
Fœniculi,
Saxifragiæ,
Milij ſolis,
Pulpæ ex ſeminibus Aſparagorum,
ex Sem. Ruſci,
Salis Gemmæ, ana ℥ j.

Purgantia groſſo modo pulueriſentur, ſemina verò, & reliqua omnia ſubtilius. Mixta diligenter in mortario, excepto Diagrydio, paulatim excipiantur Mellis deſpumati adhuc calentis, ℔ j. ß.

In fine addendo Diagrydium.

M. f. ſ. a. Electuarum.

## *Confectio Hamech.*

℞. Cortic. Mirabolanorum Citrinorum, ℥ ij.
Chebulorum,
Nigrorum,
Florum Violarum,
Colocynthydos in nodulo ligati,
Polypodij Quercini, ana ℥ j.ß.
Abſynthy,
Thymi, ana ℥ ß.
Aniſi,
Fœniculi,
Roſarum rubrarum. ana ʒ iij.

Contuſa omnia macerentur in ſeri Lactis, ℔ ij.ß.
Deinde coquantur ad ℔ j. & ℥ iiij.

Fricentur manibus & exprimantur, huius colaturæ ſeruetur particula ad extrahendas ſequentes Pulpas.

Reliquo adde ſucci fumariæ, ℔ ß.
Sacchari albi, & Mellis deſpumati, ana ℔ j.

Decoctis ad Mellis craſſitiem, & percolatis adde Pulpar. præcedente decocto extractar.

Prunorum,
Vuarum paſſarum, ana ℔ ß.
Tamarindorum, ℥ iij.

Caſſiæ

Caſſiæ ℥ ij.ß.
Mannæ præcedente decocto diſſol. ℥ j.
Inſpergendo ſub finem ſequentia puluer.
Agarici Trochiſcati,
Fol. Sennæ elect. & mund. ana ℥ ij.
Rhabarbari, ℥ j.ß.
Epithymi,
Diagridy, ana ℥ j.
Cinnamomi,
Ginziberis, ana ʒ ß.
Sem. Fumariæ,
Aniſi,
Spicæ Nardi, ana ʒ j.
M. f. ſ. a. Electuarium.

## *Paſſulæ, & Pruna Laxatiua.*

℞. Fol. Sennæ elect. & mund. ℥ iiij.
Cinnamomi,
Ginziberis, ana ℈ iiij.
Aq. Endiuiæ,
Vini albi, ana ℥ xiiij.

Infundantur; deinde leuiter ebulliant, & exprimantur, colaturæ adde
Sacchari albi ℥ iiij.

Coquantur ſimul, ferè ad conſiſtentiam Syrupi, inijciendo tum Paſſularum, vel Prunorum repurgatorum, ℔ j. Et



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0209-1
DFG

& facta diuturna maceratione, & vna vel altera ebullitione, ut Artis eſt ſerventur.

## *Confectio Hieræ Picræ Galeni.*

℞. Aloës ſoccotrinæ lucidæ, ℔ j. & ℥ ß.
Cinnamomi,
Ligni Aloës,
Radic. Aſari,
Spicæ Nardi,
Croci,
Maſtiches, ana ʒ vj.
Mellis deſpumati triplum ſeu ℔ iij, & ℥ iij.

## *Hiera Diacolochynthidos.*

℞. Stæchados,
Marrubij,
Chamed. virid.
Agarici,
Colocynthidos, ana ʒ v.
Diagrydij, ʒ ij.
Opoponacis,
Sagapeni,
Sem. Petroſelini,
Ariſtologiæ rotundæ,
Piperis albi,

Cin-

Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Myrrhæ,
Croci, ana ʒ ij.
Mellis deſpumati, ℔ j. ß.

Primò ſoluantur Gummi in Vini, vel hydromellis q. ſ. colentur: parum cocta, calentia miſceantur cum Melle: cui adde paulatim cæteros pulueres, in fine Colocynthidem, & Agaricum ſeparatim pulueriſatum,

M. f. ſ. a. Electuarium.

## *Diacarthamum, ſiue Diacnicum ſolidum.*

℞. Medullæ ſem. Carthami,
Hermodactylorum,
Species Diatragac. frig. recenter diſpens. ana ʒ ij.
Turbith, ʒ iij.
Gingiberis,
Mannæ granatæ, ana ʒ j.
Diagrydy, ʒ j. ß.
Sacchari Candi,
Carnis Cydoniorum ſiccatæ,
Mellis Roſati, ana ℥ ß.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0211-8

Sacchari albi, ℥ iiij. & ʒ ij.

Coquantur in aq. Roſarum ℥ iij. aut q.ſ. ad conſiſtentiam: Miſce pulueres

F. ſ. a. Electuarium in Tabellis.

## *Suppoſitoria.*

Conficiuntur ex Melle cocto dum craſſeſcat, nec amplius inquinet digitos. Acuuntur ſpeciebus Hieræ ſimplicis, vel diacolochyntid., vel Trochiſcis Alhandal, ex præſcripto Medici.

TRA-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134173-p0212-4 DFG